

Petrus Subdiaconus.
Vitalis Subdiaconus.
Julianus Acolytus.
Faustinus Acolytus.
Romanus Acolytus.
Severinus Acolytus.
(1)

Petrus Lector.
Marcus Lector.
Asterius Lector.
Petrus alter Lector.
Andreas Lector.
Marinus Defensor.
Majoranus Notarius Defensor.
Hermolaus Primicerius Defensor.
Honorius Cantor.
Tranquillus Cantor.
Antonius Cantor.
Melitus Cantor.

Nomina Presbyterorum, Diaconorum, qui Romam venerunt cum Victore Presbytero, & Mastalone Diacono.

Laurentius Presbyter.
Ruficus Presbyter.
Victor Presbyter.
Thomas Presbyter.
Mastalus Diaconus.
Magnus Diaconus.
Paulus Diaconus.
Agnellus Diaconus.
Maurus Subdiaconus.
Stephanus Acolytus.
Vincemalus Acolytus.
Thomas Lector.
Laurentius Lector.
Florus Lector.
Reparatus Lector.
Luminofus Lector.
Cattinius Lector.
Yiac Lector.
Laurentius Horrearius.
Petrus Decanus.
Stephanus Decanus.
Vindemius Acolytus.
Colos Acolytus.
Cassianus Acolytus.
Laurentius Acolytus.
Stephanus Acolytus.

Resipuit autem Beatus post hæc Ecclesiū, & sic fuit ovibus velut pater cum filiis, & largivit omnia Clericis suis, ut correptus fuit à Romano Pontifice, immo & amplius largus factus est, & post hæc rexit Ecclesiam suam in pace, & nullum verbum murmurationis, nisi laudes à suis audivit Clericis, & haec statuta permanit suis posteris multis temporibus. Sepultus est, ut diximus, in Ecclesia S. Vitalis. Et in atrio ipsius Fontis (2) Aulæ versus meticos jussit tessellis argenteis scribi continentes ita.

*Ardua confurgunt venerando culmine templa
Nomine Vitalis sanctificata Deo.
Gervasiusque tenet simul hanc Protasius arcem,
Quos genus, atque Fides, templaque consociant.
Hi Genitor natus fugiens contagia mundi
Exemplum Fidei, martyriique fuit.
Tradidit hanc primus Julianus Ecclesiū arcem,
Qui sibi commissum more peregit opus.*

Tom. II.

(1) *Andreas Acolytus. Mur.*

A Hoc quoque perpetua mandavit lege tenendum,
His nulli liceat condere membra locis.
Sed quod Pontificum confant monumenta priorum
Fas ibi sit tantum ponere, sed similes.
Sedit autem annos X. mens. V. dies VII.

OBSERVATIONES AD VITAM SANCTI ECCLESII.

Basilica S. Vitalis an Justiniani ære constructa?
Dedicatione ejusdem non interfuit Augustus.
Monogramma haud ad Narsetem pertinens. Julianus Argentarius officio,
non cognomine Ytaaci Strategi inscriptio. In Felicis Constitutionem
analysis.

C **I** Primò ingens Ecclesi, & Juliani Argentarii se offert opus, Basilica videlicet S. Vitalis, ob cuius egregiam miramque structuram seculo non admodum culto, afflataque incredibilibus calamitatibus Italiam fabula, quam Rubeus nerito rufat, meretur nomihil minus severæ crisi: etenim visi alias credibile privatum hominem, Episcopum urbis Arianis Regibus parentis, impensis sufficisse, quas ad XXVI. millium solidorum aureorum ascendiſſe Noſter testatur. A Valentiniā, & Valentī temporib, cum antea 84. urei solidi, auri libram conflarent, & septem singulas uncias, auta solidi extrinſeca estimatio decretum est, ut sex solidi unciam, 72. libram unam auri valerent, que libra occidua dicta fuit. Eadē re habemus eruditissimæ, summaque utilitatis Dissertationem Jacobi Gotthofredi ad Cod. Theodos. lib. 1. de oblat. Votorum Tit. XXIV., qua & illustratur Cod. Iust. lib. 2. de veteris numismatis potestate. Itaque XXVI. millia aureorum solidorum astimabantur quatuor millia trecentum triginta tribus uncias auri cum tercia uncia parte, que ferè respondeant triginta quatuor millibus sexcentis sexaginta quatuor nostris scutis aureis, quorum obo pro uncia una auri computantur. Porro cui condita Basilicæ gloria maneat ex Agnello constat, nec pluribus fabula confutari meretur, quam tamen vulgus in hac diem mordicus tueri non desinit, ac si Aedis dignitas pereat, nisi, commento accidente, ab Augusto condita decernatur. Admonet autem Agnellus opportunè inchoationem ædificationis Ecclesiæ (intellige non modo de Ecclesia S. Maria Majoris, sed & de S. Vitalis) peractam fuisse ab Juliano, postquam reversus est prædictus Ecclesiū Pontifex cum Johanne Papa Romano de Constantinopoli cum ceteris Episcopis missi à Theodorico in legationem; nes enim ringente Arianō Rege contra Catholicos, immo & minante Catholicorum Ecclesiæ subverttere, liberum fuisse de ea re cogitare. Verum sub Amalasonthæ regimine fieri id potuisse nullus mirabitur, qui noverit fæmina optima sana consilia, ejusque cum Justiniano concordiam. Nec Templum Ecclesiæ vivente est absolutum, sed Maximiano demum sedente postquam Theodabati, Vitigisque conatibus exactis, Ravenna ab Justiniano recepta est. Tunc & coronis imposta, & musis operibus memoriae mandatus Augusti favor ei rei impensus, & munera eidem collata expressa sunt, que significari puto musis illis adhuc superstitionibus, que Rubeus ligno, Alamanus in notis ad Procopium ex parte, Octavius Ferrarius de re vestiaria, Duchan-

N gius

(2) frontes. Mur.